



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

83. An Miles ex certo tempore, & ad certum tempus, & conditionem testari
possit? Ex p. 7. tr. 4. res. 57. alias 56.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

specialiter, vt vtrumque testamentum valeret, tamen excitata voluntate non infirmatur prius per posterius, sed vtrumque valet. In dubio enim credendum est, quod miles iure suo vti voluerit. l. si miles, ff. ad legem Falcidiam. l. Papinianus, in fin. ff. de inoffic. testam. facit l. 5. ff. de probat. l. cum centum, & ibi Glos. Dig. de Adimend. l. Et ita tradit Ferd. Valq. l. 3. de succ. creat. §. 24. limi. 24. Eamque sententiam confirmat etiam l. si centurionum 17. §. 1. Dig. de test. milit. Vide etiam Encke- lium de Priuil. militum l. 1. Priu. 16. n. 50. & Boccerum tr. de Bello, l. 1. c. 20. n. 9.

2. Sed non deferam hic apponere verba Hurrici Hunnij in Encyclopaedia inuis part. 4. tit. 6. n. 13. vbi sic ait. Prius testamentum militis per posterius rumpitur, et si nec solemne sit posterius, nec clausulam derogatori- am habeat. Sichardus ad aubent. hoc inier n. 7. C. de test. in d. testamentum militis perfectum prius rumpitur per posterius, licet etiam sit imperfectum. Sichard. citat. loco n. 5. Et posterius saltem valet, Grafus, tr. de success. §. test. 9. 7. n. 5. Quod si tamen testamentum poste- rius non est de omnibus, sed aliquibus saltem bonis factum intelligitur miles vtrumque velle valere. Graf- us cit. loc. n. vlt. Huc vsque Hunn.

RESOL. LXXXIII.

An Miles ex certo tempore, & ad certum tempus & con- ditionem testari possit? Ex part. 7. tr. 6. Ref. 57. alias 56.

§. 1. **Q**uamquam ex certo tempore, aut ad certum tempus, vel ad conditionem vsque haeredes instituere non possit, veluti, post quinquennium, quam moriatur: vel ex Calendis illis; vel vsque ad Calendas; vel donec nauis ex Asia venerit, haeredes esto, cuiusmo- di institutiones vitio temporis, & conditionis sublato pura sunt, §. haeres, & pure ver. sex. c. 1. in fin. de haered. inst. l. haereditas 34. Dig. de haered. instituend. Miles tamen ex certo tempore instituere haeredem potest, vt ante, quam tempus venerit, pro parte eius temporis intestatus sit; pertinetque haereditas ad haeredes le- gitimos. Item ad certum tempus, aut conditio exte- rit, testatus esse desinat, fiatque intestatus, dist. leg. in fraudem 15. §. miles, & leg. miles, in haeredem. 41. in princip. Dig. de test. militis, & leg. certi inuis, §. Codic. eod. tit.

2. Quamuis etiam paganus, extraneo, vel filio pu- beri haeredi instituto in secundum casum directo sub- stituere non possit, veluti; Si haeres extiterit, & intra aliquod tempus decesserit, alius eius sit haeres. §. Ex- traneo vero instit. de pupill. substit. Milites tamen etiam his, qui haeredes extiterunt, quamuis extraneis, aut li- beris suis puberibus possunt substituere, & ex ea sub- stitutione ipsi substituti consequuntur tantum mili- tum testamentorum bona, non etiam primi instituti haeredis propria bona. l. miles etiam 5. Dig. de test. mi- lit. leg. centurio 11. Dig. de vulg. & pupill. subst. Et haec in secundum casum substitutio fieri potest a milite non tantum expresse, veluti; Si Titius filius meus haeres erit, & intra vigesimum quintum aetatis an- num moriatur, Scius haeres esto. dist. leg. centurio. 15. Dig. dist. tit. Sed fieri etiam potest verborum compen- dio, non vsque ad certam aetatem, vt, si Titius filio, quandoque is moriatur, substituatur, leg. princip. 8. C. de impub. & aliis substitut. & haec omnia docet Encke- lius de Priuil. Militum lib. 2. Priuil. num. 60. & Boccerus tractat. de Bello, lib. 1. cap. 21. n. 3. qui etiam n. 7. obleruat; quod miles impuberibus suis liberis directo substituere potest, non tantum si prius sibi tes- tamentum faciat, sed etiam si testamentum sibi nul- lum fecerit. l. in fraudem, 15. §. item tam sibi, Dig. de test. milit. l. 2. §. quisquis, Dig. de vulg. & pupill. subst. Quamuis

Tom. VI.

Paganus impuberi filio, non iure testamentum faciat, nisi; & sibi fecerit testamentum, d. §. quisquis, & §. libe- ris autem, inst. tit. de pupill. substit.

RESOL. LXXXIV.

An Milites testamentum debeat esse unico contextu or- dinatum? Ex p. 7. tr. 6. Refol. 58. alias 57.

§. 1. **F**atetur quod vno contextus actus testari oportet, ita vt nullus alienus actus, qui ad testa- menti factionem non pertinet, intermiscetur, l. ha- redes palam 21. §. fin. Dig. Qui testam. facere poss. leg. hac consultiissima 8. C. eod. tit. l. cum antiquitas 28. Cod. de testamentis. Nec vt testes, qui propter solemnita- tem adhibentur, discedant, donec suprema conte- statio peragatur, l. qui test. 20. §. & veteres. Dig. Qui tes- tam. facere poss. Atque ita omnia vno eodemque tem- pore fieri debent, d. l. hac consultiissima, Cod. qui testam. fac. poss.

2. Sed quia militis testamentum sine vllis solemnita- tibus factum valet, inst. tit. de milit. test. in princ. ibi, neque aliam testamentorum solemnitatem obseruauerint, & l. 1. Dig. de test. milit. leg. penult. C. eod. tit. Ideo haec etiam solemnitas militibus remissa est, quod facit textus l. casus maioris 8. C. de test. Et docet Hunnius in Ency- clop. iuris p. 4. tit. 5. c. 3. n. 12. Valq. de success. creat. §. 24. n. 67. quia adde Boccer. tr. de Bello, lib. 1. c. 23. n. 1. & 2.

RESOL. LXXXV.

An Milites directo in Codicillis haeredem instituere, & substituere ac haereditatem adimere possint?

Et explanatur, quod licet Paganus filius familias de Ca- strensi, vel quasi Castrensi peculio, etiam absque Pa- tris consensu donare etiam mortis causa possit; ipsi ta- men mortis causa donationi quinque testes etiam se subscribere donationis instrumento oportet.

Et alius curiosus casus in vlt. huius Resolutionis adscri- bitur. Ex p. 7. tr. 6. Ref. 59. alias 58.

§. 1. **A**D hoc Dubium sic respondet Boccer. tract. de Bello l. 1. c. 25. n. 1. Codicillis haereditas direc- to neque dari, neque confirmari, nequo adimi potest §. Codicillis autem instit. de Codicill. quod per miles, 10. Dig. de iure codicillor. leg. si idem. Cod. eod. tit. leg. penult. §. Sed cum Cod. de necessar. (seruis) haered. insti- tuend.

2. Et quod de haereditate danda dico, intelligendum est non tantum de haeredis institutione, sed & substitu- tione haeredum, l. Digi 6. in princ. Dig. de iure codicill.

3. Miles tamen codicillis suis haeredes directo in- stituere, & substituere, & haereditatem adimere potest, l. militis codicill. 36. in princ. Dig. de iure codicillorum.

4. Est & aliud de solemnitate codicillorum, quod Paganus vno eodemque tempore testes quinque suis codicillis adhibere debet, quos testes etiam sub nota- tionem suam codicillis accommodare oportet. l. vlt. in fin. C. de codicill.

5. Verum haec solemnitates militibus remissa sunt; quippe cum eorum testamenta iis subiecta non sint; vt supra suo loco probaui, per l. 1. Dig. de testam. milit. leg. 3. Cod. eod. tit. l. licet. Cod. de pact. inst. de milit. test. in princ.

6. Ad haec Paganus filius familias, licet de Castrensi vel quasi Castrensi peculio, etiam absque Patris sui consensu donare etiam mortis causa possit, leg. filius fa- milias. 17. §. fin. Dig. de donat. Ipsi tamen mortis causa donationi, testes quinque vno eodemque tempore

N n 3 adhibere